



**Nauicula siue speculum fatuoru[m] Prestantissimi
sacraru[m] literaru[m]**

Geiler von Kaysersberg, Johannes

Argentorati, 24. Jan. 1513

4 Nouitatu[m] p[re]sumpto[rum] (Gemalt narre[n] Tot nole q[uo]tnouitates
in hoc t[empor]e presumunt. s. Barbas irr[i]onabil[ite]r nutrire: se nimis
polire/ capillos ornare// caput ornare/ crura ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70346](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70346)

gis: et si enim non pniciose puerum finem statuas: sed finē rectum: tū me
 dijs nō p mensuratis vteris. Principali qris regnū dei z iusticiā eius
 z dei volūtatē pficere: ad qd faciēdū tibi tpalia pstant a deo: tibi ad
 iūciunt z ea acqris vel tenes/ colligisq; adiecta in nimia abūdantia vt
 ammodo nō sint expediētia ad hūc finē/ sed potius impediētia z retar
 dātia. Uideris mihi filis puero colligēti flores in prato: q pcedēs dū
 videt ijs q̄s collegit pulchruos/ reijcit collectos z novos colligit: vel
 cū pcollectis hos retinēs ita manipulū magnificat q̄ cos p̄bendere
 nō p̄t. Sic tibi p̄tingit in tpaliū p̄gregatōe: z vtiā similis puero esses **R**
 q̄ p̄collecta reijceres nouis adeptis: sed ita nō fit/ s; noua cū veterib;
 retines z te oneras: iam nō filis puero / sed fatuo quē vidi z noui: q̄ so
 lebat baculos q̄tūq; pulchros aut planos offenderat colligeret: z ma
 gno fasciculo onerat circūferre. sic nūmiz facit stultus noster pecunia
 rius. Quid em̄ tpalia sunt q̄s baculi q̄b; necessario se sustētare h; ho
 mo q̄diu in carne viuit: egenus em̄ cibo/ veste z domo. Bacul^o si ni
 mis magnus fuerit: aut si p̄les q̄s necessarij sunt receperim^o / nō p̄mos
 tōis s; impedimēto erūt: sic z diuitie si excesserint debitū modum. **O**
 stulte qd circūfers tot baculos: cur te oneras: quāto satius esset distri
 buere baculos illos in paupes imbecilles q̄ egēt/ z p̄fossata necessitatū
 z paupertatū trāsilire nēqunt. Beati q̄ paucissimis se onerant. Abiecit
 brūs Frācis^o / brūs Dominic^o / apli baculos illos/ vt liberi current **S**
 viā mādatorū dei ad celū. Letez siq̄n necessarios habuerūt baculos
 tpaliū/ p̄modauerūt a p̄tima vinea. i. elemosynā perebāt p̄ sustētatōe:
 sic z apli. Inde nō tuleritis vgam ait dñs eis. i. baculū sustētatōis tē
 potaliū: qz vobis debent ab his q̄b; p̄dicaueritis. **O**, si non potes vel
 nō vis ita absolut^o esse a baculo/ caue ne nimū te oneres: recipe neces
 saria: caue ne fascē cū diuite portes ad incēdiū infernale. Audi clamā
 tē ad ignē ex his baculis incēsum: Erucior in hac flāma. Caue etiaz
 ne in purgatorij deferas fasciculū ex ligno/ feno/ stipula: z cū scda no
 la pulles: qz z illa p̄burent: vt ait Apl̄s: qn poti^o iuxta monitōem pro
 p̄betic: Solue fasciculos dep̄mētes: z vt dixi distribue. Habes iā nos
 las duas magnas/ q̄b; cognosci p̄nt hi fatui. **O**, si eos mag^s nosse vo
 lucris/ accipe z puulas his appēdētes. Tertia igitur est obduratio.
 Quarta/ inq̄ctatio. Quinta/ violētia. Sexta/ fallacia. Septima piuri
 um. Octaua/ fraus. Nonā/ p̄ditio. Dic si placet ex. ij. ij. Rogem^o zc.

Feria secūda post Inuocauit. v. Martij.

Stultoz infinitus est numerus. Eccl̄s. j. Euangelium.

O Varta turba stultoz: sunt nouitatū p̄sumptōnes (seltzem
 narren/ Mutz narrē/ Zier narrē/ Nol narren/ Spiegel
 narrē. Seltzem narrē in quā/ q̄ p̄ alijs aliqd noui siue rari
 habere volūt/ etwas seltzens. Ipsi sūt q̄ nouitates p̄sumūt

De uitiis presumptorum

in uestitu/gestu et moribus. Faciles utique cogniti: quia pleni nolunt ante et retro/quas quotidie variat et multiplicat ita ut eas certo numero propheterere nequamus. Attamen aliquos producamus numero septem/ex quibus alie facilliter dinosci poterunt.

Prima igitur nola est barbas deferre sive nutrire. Diversis et aduersis intentionibus barbas nutrire contingit. Quidam ex morbo: ut scabiosi qui nouaculis tolerare nequeunt. Quidam ex tristitia: quemadmodum passi diuina fortuna. De quorum numero fuisse legitur Julius Cæsar: quibus alius esset curiosissimus crinium euulsor. Vide in prometerijs eiusdem de bello gallico/aut in Polierato Jo. Salesberien. Eccestrario apud veteres aduersa passi radebant. Alij ex uictu eorum cum quibus habitant: sicut greci quorum mos est barbas nutrire: et apostoli et fratres uersi religiosorum Carthusij, et Eistercien. sic et peregre proficiscetes ad terram sanctam. Alij ne offendant ex aura inclementiore. Quidam quia fecerunt aut facere intendunt nequamur iuxta per uulgatum puerbium. Quidam propter uotum peregrinationis/aut quod persolutum raderi nolunt. Quidam quatinus transformentur ne noscantur et danna caueant: ut sacerdos ille de quo in glo. c. si quis. de vi. et ho. Tutius ut peteret laici sub imagine Romae: Fas fuit ut sinerent luxuriare comas. Alij impetu quidam et inconsideratione nescientes cur id faciant: quod aliqui adulescentes facere solent. Alij propter uiriliter: sicut de Diogene legitur: quia interrogatus cur tam magna nutriret barbam respondit ut eas citius uideres et tagens uix me meminerim. Ulex de his omnibus enumeratis non loquimur/utique ab hac turba alienus. Sed alij sunt quos gloria uexat inanis/et ut barbas nutriat inducit: sperantes inde gloriam sequi digito monstrari et dici huius est: dum singulariter propter ceteros barbarus existat. Numquam grades fatui/in quolibet crine barbe sive menti dependentem habentes nolunt: tot stulticie et uanitates in seculo quod crines in merito. Cum enim nihil sapientie habeant vel uirtutis uel gloriari possint/gloriam de singularitate barbe querunt. Tamen dum profecto est/ne his fatuis eueniat quod hirco in extrauagationibus fabula sexta: quia timore lupi ipsum insequentis in rupem altam subijt: quem lupus obsedit a radice. Post triduum autem cum lupus fame et hircus sitim sustineret: uterque discessit: ille ut cibum caperet/hircus ut sitim sedaret. Potas autem hircus umbram suam in aqua asperit dicens: quia accipias tibias/que pulchram barbam/et que magna habeo cornua: et lupus me fugat. ammodo resistam ei et nullam dabo ei petentiam ex me. Que uerba lupus silenter auscultans/dentes fortiter infixit in hircum dicens. Quid huius est quod loquaris frater hircus? Hircus autem se captum sentiens ait: O domine meo lupo peto misericordiam et agnosco culpam: quia hircus postquam potat/quod non debet parabolat. Lupus vero non peccat sed cum uorabat. Sic nescis fatuis barbatis continget: ut cum de barbe singularitate gloriarentur/silenter et ab infernali lupo minime ausanti deuorentur. Alludit etiam fabula tertia Remigij: quam applicare poteris etc. Siles enim sunt nescis fatuo hirco qui apud Cyrillum lib. ij. ca. iij. de barba cum in aqua se contemplaret glabrat: non considerans turpitudinem

nem a posteriori: quā tracta/arta z breui cauda operire nō poterat. Sic plane illi turpes sunt. At qđ talib fatuus deficit/imprudētia nitunt refacire ex barba. Inquies est curta: tñ eris erit sibi lōga (was mit am han ist/ist aber am kam. Ipi sunt cū nihil faciūt magnificū/p alijs tñ arrogāt z iactāt/z videri volūt fecisse: cūq; magna z egregia facinora q ostētent nō habeāt/hec vilia pferūt instar feminaz de florib; z seris glantiū. Sed qđē Contrariū plane eis euenit/ vt vbi gliam se sperāt psecuturos/irrationē inueniāt: ignominiā z ptemptū/ locoq; laudū vituperia audire cogant. Dū em qrit: z qs est ille inter z pter ceteros barbatus: rñdet ab his q cū nouerūt: est stultus ille q se ob hoc putat sapiētē reputatū iri vlt fortē. Et qđē hi fatui etiā senes/z noie solo viri. Sūt z alijs fatui barbati q instar scythaz iam barbās dimidiānt/vt sint semirasi: aut solā puulā pculā criniū relinquūt/imitātes Sarmatas qs nup vidim⁹. Nec iunior stulticia z nouitatū psumptio

Secūda nola est: ecōtrario faciē z colla polire/nihilq; in se relinqre X
birsuti. qđ (vt diximus) Julius cesar facere solebat: studiosissimus criniū etiā de barba euulsor. Ite colla denudare: in mediū vsq; dorsum crebro radi/abluī z etiā depingi: catenasq; aureas circūpendere: odorāramētā adiūgere: aq; rosaz se aspgere: vnguetis se linire. Sic se polēntes/lauātes z ornātes hac nola sunt insigniti. Qualis qdam femina fuit in hac vrbe Argentinēsi/etiā nostra tēpestare: q faciē suam rugosā excoriari passā fuit/quo ruge auferrent z venusta appareret: s; idē puer sum fuit in oppositā qualitātē turpior effecta. Deus me⁹ q̄t hec I
fatuus se ornandi z poliendi afficit/nō solū vane: sed z pniciose: q̄ppe qđ graue scandalū occasionēq; ruine p̄stet. Sunt em hi denudati viri z femine sicut gladij stricti z euaginati/q̄b; diabolus vti ad animarum occasionē. Sunt q̄b; vti diabolus tanq; esca ad capiēdas aīas: quēadmodū cū catīs z alijs animalib; excoriatīs solēt vultures capi: sic illi colla z crura denudant. Signū est pculdubio vermiculosi animi (wurmellig) sic denudari corpe: nices q̄ statiz corticē dimittūt/male sūt. Quid de fucis faciēz dicā frēs: q̄ in p̄tumeliā creatoris assumū z
tur. Indignat z fremit artifex si suo operi ab alio aliqd addat. Et qlē te putas facere deo p̄tumeliā/cū talē potius vis habere faciē qlē tibi facit picroz/q̄z qualē tibi deus fecit. Qua fiducia q̄so erigis ad celos vultus quos p̄ditoz non agnoscit. Ut qđ p̄tra naturalē tuam faciē sumis faciē pictorū. Time qđ tibi p̄minat Jobel. ij. Dēs vultus redigē 3
tur in ollam. Catenas in collo circūferunt: vere a diabolo catenate cuius ansa in inferno ligata est. Auferent he catene alibi ab eis iuxta p̄phetā: z loco eius serpētes circūgirabūt. Sed z hic aliqñ auferentur ab eis z liberant/nō votiu scō Leonardo/sed Teneri z Baccho.

Tertia nola est: capillos ornare/croci coloris eos efficere/crispare/ plangere/alienos etiā mortuoz cruce ostentare. Vide iam femis

Nouitatū presumptorum

nas instar masculoz incedentes: q̄ capillis p̄ dorsum dimissis/birretis se tegūt. Prob pudor. Quid ostentas o homo capillos lōgos receptaculū lendiū z pediculoz: est nē h̄ thesaurus tuus/dcus tu⁹: quē p̄ ceteris colis z diligis: Quid gloriaris in laq̄o venatium diaboloz: q̄ instar pueroz faciūt laq̄os de cauda equi ad capiēdum aues? **C**epit auem Holofernem cincinnis Judith: z Absolon in capillis adhe-
sit quercui/z perijt. Audi o femina/non terret te qd̄ etiam alienos crines aliq̄n mulieris mortue in capite tenes p̄ noctē? Nimir̄ hoc in dam-
nū anime tue facis/qd̄ in p̄niam z p̄ dei amore minime faceres. Que-
tatum q̄so manū mortue secū in lecto retineret p̄ p̄niam: nulla. sed non
peribūt sine pena grādī: quā dñs eis p̄minat. **E**saie. iij. Decaltrabit
dñs v̄tricem filiaz sion: z dñs crines eaz nudabit. Etia in p̄niti aliq̄n
id fieri solet: z vtinā crebro eaz crines nudarent/qualiter Parrhis⁹ cō-
tigisse legit̄. Vbi accidit in quadā p̄essione/q̄ q̄dam sumia cuidā dñe
peplū cū alienis crinibz abstulit corā populo: z turpis z depilata sicut
cornicula depositis plumis alienis remāsit: quod iusto dei iudicio ac-
cidit. Iuxta illud **E**sa. **U**e q̄ p̄daris/nonne z tu p̄daberis? Dep̄data
fuit illa mulier mulierē mortuā crinibz suis: z merito eam sumia dep̄-
davit. **P**oeta: Non est lex equoz vlla Quā necis artifices arte perire
sua. Quid de coloratis/tinctis z crispatis crinibz? **P**lane h̄ quod de
fucatis faciebz dictū est intelligat̄. Sed z p̄ditio tempis labor inutilis.
Et p̄beta talibz p̄minatur p̄ crispato crine caluitū: **E**sa. iij. **C**rispi
crines z crispī cantus signa leuitatis sunt. **U**nde in legenda sancti
Sebastiani. **P**utasne illum inter chusticolas numerādum/q̄ tonsu-
ram diligit/comam nutrit/sapezes q̄rit/z vocē frangit? **F**ractio vos-
cis signū est fracti animi. Sicut crispatio crinū in hominibz/corru-
gatio vestiū in mulieribz: sic reprehensibilis est fractio vocis in cantoribz.
Unde summā vitioz tractatu de supbia fol. cccxxiij. capit. xxiiij.
Colorati crocei crines presagia sunt future flamme infernalis: ait
Hieronymus.

Quarta nola est: caput ornare. Quis nouitates illas fatuas diu-
merabit/q̄ in capitū ornatu ostendunt? **U**ide quēadmodū nemo sit q̄
auriculas asini non habeat in capite in birro: quibz etiam nōle argen-
tee sunt appense. Et quod lasciuissimū est etia; femine non erubescūt
z talia capitegia deferre birros auriculatos/byret mit oren. **C**onspice z
viros instar feminaz mitratos: z e contra feminas viroz instar birretas
z pileatas (die man tragen frawen huben) ex sericis filis reticu-
lato more p̄textas. Quid q̄ nunc hispidoz siue villosos galeros/nūc
leues/iam acutos/iam obrusos deferunt: z in mille transformantur fi-
gurase? **N**ulla stabilitas i his vtiq; signū incōstātis z leuis animi. **U**i
de feminaz pepla instar diademātū sanctorz erecta grandia/ut caput
bouis pre se ferre videant. **C**eterz infra mentū vix duoz digitoruz te-

nent latitudinem (als ob inen das kyn in ein basenreff hieng). Sed
 z tincta croceo colore infernalis flamme p̄fagio/pepla sua hebdoma-
 dis singulis abluūt/z itez tingūt: quod q̄ gr̄adis sit fatuitas/nemo ē
 q̄ nesciat. Porro nō placet hec vestis/hic color dño deo/neq; angelis
 eius. Siqdē corp⁹ Chusti nō croceo/sed lintheo cādido inuolutū legi-
 tur. Uñ z corpalia alba esse debent. Et angeli sancti in stolis albis ap-
 paruerūt: z christi vestimēta alba vt nix in eius trāffiguratōe visa sūt.
 Nō igit placēt deo z angelis crocei coloris vestes tales. Quid multa:
 male carnes croceis iurib; p̄fundūt: z croceū piperatū (ein geler p̄fer-
 fer) sup recētes carnes nō p̄ficiť/sed besterne mēse reliq̄as. Uterule ru-
 gose croceis peplate/p̄ferūt similitudinē portōis carnis fumigate ī
 prodio croceo (s̄bent heruf als ein gercicht stuck fleisch vñ einer ges-
 len buen.

Quinta nola est: corp⁹ ornare. Torū corpus est illa vanitate plenū **A**
 intus z extra/sub cingulo z in cingulo z extra cingulū. Camisic ruga
 re (gefeltet) Toraces excise feminaz z viroz/vt etiā fere dimidie mam-
 mille pateāt. Tunice plicate z in mille formas trāffigurate in vtroq;
 seruiam laxissime/iam artissime in manicis vt brachia p̄miant olim
 (schuben/nūc bussecke) vide in speculo Brādr: ita vt oīm gētū extra
 neaz p̄uos rit⁹ assumam⁹. Uis videre vestitu Ungaros/ Bobemos/
 Saronos/ Frācigenas/ Italos/ Sicābros/immo oēs gētes: vade Ar-
 gentinā z videbis. Uidebis z spurcas illas tunicas ita brucies/vt non
 solū nō nates/sed neq; vmbilicū tegere q̄ant. Erat apud veteres de-
 honestatio maxima illa vestitū amputatio: patet in nūcjs David/q̄z
 barbas rasit rex anon z vestes vsq; ad nates p̄cidit. Essent p̄ rectores
 reip. tales vestes scādolose occasionē malaz z cupiscētiar; feminis p̄e-
 stantes/dū pudēda nō tegunt/ auferēde de medio. Uide cingulū ipm
 qd̄ hec p̄stringit plenū vanitatib; z nolis in feminis p̄cipue: qd̄ aliqñ
 sericū/aliqñ aureū/vel auratū operosissimū: deniq; vt unp̄ese in opus
 maiores sint cingulo (der goldschmid nem den gurtel nit fur den ma-
 cherlon) Mira stulticia vt de alijs taccamus. Sacc⁹ bono tritico ple-
 nus ligat fune vni⁹ obulit: ad saccū aut immū diēta plenū ligādum/q̄z
 rit corrigia serica vel deargētata aut aurea. xl. vel. l. florenoz. Horrēs-
 dum est in loco humiliatōis supbiā repiri: in medio tui hūliatio tua/
 Michee. vj. z vbi maior materia humiliatōis q̄ in ventre pleno ster-
 eoz. Taceo de pugionib; z gladijs q̄ olim ad cingulū depēdere sole-
 bāt: nūc aut alligant ad ventrē vt capulus z acies gladij/ quasi in eq̄
 libra p̄stuant/ similisq; sit potius sedili gallinarū q̄ gladio. Quid tā
 dē de mantellis: q̄ simbrjs iudaicis in ora eorū dē sunt notati/p̄ oia si-
 miles depictis iudeoz vestib;: Et qd̄ ad hec oia dicimus: Nunq̄d
 inultū p̄mitter dñs. Non plane: sed faciet qd̄ p̄minatus est p̄ Soph. j.
 Uisitabo sup oēs q̄ induti sunt veste peregrina.

Novitatum presumptorum

B Sexta nola est: ornare crura et pedes. Vide caligas scacatas/diuisas et scissas p[er]sutasq[ue] ex minutissimis pictacijs vt merces p[er] corūdem p[er]sūtōe exposita plus valeat q̄ calige ipe. Nec oia noua sunt: et mores ex italia et Frācia aduecti. Vide deinde nouū genus ocreaz. **E**oz dubēsum/in nostris terris nunq[ue] nisi in picturis visaz/vna cū pan[is] tofilis in modū scnicirculi obtusis: et quod olim in rostris calioz excedebat/iam in p[er]trariū vitū lapsi in nimia obtusitate vsum est. Q̄ nimia angustia et strictura calioz: nunc nimia amplitudo. Quid p[er]terea de p[er]foratōe sotulariū/cū integri p[er]foratis sint multo meliores: Quid de omni ornatu in pedib[us] q̄sito dicam/nisi q̄ mira est fatuitas hoīs et cecitas: Nōne sotulares ad h[oc] sunt inuenti vt luxū calce[ar]um/inquinent/et pedes ab inq̄namētis p[er]scruent: vt q̄d ornas sotulares/aut de mūdicia corūdem tam sollicitus es q̄ dedicati sunt sordib[us]. Vide de **B** Joan. Chrysostomū sup[er] Mattheū/exhortatōe. xlii. et est sup[er] Mattheū ca. xiiij. Mentior si nō noui hoīem de quo mihi dicebat: q̄ t[em]p[or]e pluuiali et lutofo p[er]ter calopedes q̄b[us] incedebat duos nouos tenebat sub pallio: q̄b[us] cū iam ad eccl[esi]am puenisset/inducebat quatinus nitidus p[er]ter alios hoīes in eis appareret et admirabilis.

S Septima nola est: extra hoīem siue vltra pedes et caput et corpus se ornare. Et quomodo possunt hec fieri: Fit p[ri]mo p[er] longas caudas/ quas in luto post se trahunt p[er]sertim femine/et etiam q̄dam ex sacerdotib[us] et p[ri]latis. Vide in speculo Brant. Fit deniq[ue] hoc p[er] altas solcas vel lignipedes et galeras altas quatinus maiores appareāt. Sūt plane q̄dam qui longas p[er]cupiscunt habere vestes vt maiores videantur: altos pileos in capib[us]/calopedes altas in pedib[us] (vnden bultzen oben fultzen) vestesq[ue] longas post se p[er] terram trahētes/volētes sic adijcere ad staturam cubitū vnum. Mira illoz fatuitas qui vel magnitudine vel altitudine corporis/dignitatēq[ue] suam volunt honorare. Nō attendis o frater/q̄ Saul rex malus fuit: et nomen altior vniuerso populo ab humero et sursum. Regum. x. Non attendis q̄ nec in t[em]p[or]e viri beneplacitū est domino: et quia dominus est spiritū ponderator et non corporū: vt fatui q̄ iudicant hominē ex ea parte qua non est homo: Non attendis quid dixerit d[omi]n[us] Samucl[us] cum ei p[re]cepisset de v[er]itione David in regem: Ne respicias inquit vultū eius/nec altitudinē stature eius: quonia[m] abieci eum: nec iuxta intuitū hoīs iudico: homo enī videt que parent: d[omi]n[us] autem intuet[ur] cor. i. Regum. xvi. Non attendis quia p[re]ciosiores species aromaticæ in minorib[us] saccis solent reponi: vt cariopholi et similia sed lana in maximis saccis (wolseck) Sūt sub hac nola d[omi]n[us] que post se longas trahūt caudas/terram p[re]ciosa vestibus induentes: et de nuditate Christi in pauperib[us] non curantes: caudis suis pulices colligunt: pulcre[m] mouent hominib[us]: Christū vero quem in tot pauperibus nudum respiciūt/non operiunt. Tunc d[omi]n[us]

Turba quarta IIII.

est eis/ne in caudis eaz diabolus quiescat. Unde legit de quodā san-
cro/qui vidit diabolū quendā ridētem: z querens ab eo causam ri-
sus/dixit:Vidi socium meum equitatem sup cauda cuiusdam mulie-
ris:que dum retraheret caudam/cecidit socius meus in lutū:z inde
risi. Sunt z sub hac nola/quod turpissimū z lamentabile est/clerici q̄
dam notati p̄sertim Francigēne/z plari q̄dam:quoz caudas vt famu-
li post eos deferant instar Simonis Cirenei crucem post Christum
portantis necesse est. Vide in Brandt. Timeant qui tales sunt/q̄ hoc
ait dominus:Attendite a scribis qui volūt ambulare in stolis: Luce
xx. Stola vestis est longa. Sunt tādē qui multa paria vestīū habēt
per totam hebdomadā ante z post prandiū induendaz: vt ad choreas
ad basiludia/ad ecclesias varias vestes induant: potiusq; volunt ve-
stumēta sua a tineis corrodi/q̄ Christū in pauperib; indui. In quos
clamat sanctus Jacob; capit. v. Agite nunc diuites/plorate vllulātes
in miserijs que euenient vobis. Diuitie vestre putrefacte sunt: z vesti-
menta vestra a tinea commesta sunt. z Bernardus: Clamāt nudi: cla-
mant famelici z conquerunt nobis fame z frigore miserabiliter labo-
rantib;: quid conferūt tot mutatoria vel extensa in pericis vel plicas
ta in mantis: Ecce fratres mei nolas septem/quib; possunt hi stulti
vanitatū (mut; narren) dinosci: qui p̄sertim nouitates afferunt in or-
natu: sed nūquid impune: non plane. Etiam si hic dissimulauerit dos
minus (das er hic durch die finger sich) in nouissimis tamē crudelis
ter puniet. Audi quid de omib; his dicat Esa. iij. In illa die auferet
dominus ornatum calciamentozum/z lunulas/z torques/z monilia/
z armillas/z mitras/discriminalia/z perichelidas/z mirenulas/z ol-
factoriola (bysem apffel) z maures/z anulos z gemmas in fronte pen-
dentes/z mutatoria/z palliola/z lintheamina/z acus/z specula/z sin-
dones/z vltas/z tberistra zc. Armillas Glo. vocat ornamenta bras-
chior; perichelidas vocat ornamenta taloz; similia armillis. Mures-
nule sunt catenule circa collum. Olfactoriola vocat illa in q̄bus cōs-
tinebant muscū z similia. Tberistra vocat vestes estiuales valde sub-
tiles/visui p̄uas: q̄ dicunt a tberon quod est estas. Tūc em̄ mulieres
q̄ se alienis plumis quasi cornix pulchras faciebant; amittent plumas
z turpissime apparebūt: z non solum deficiet gloria ornatus tunc; sed
etiam immut. in ignominia: z que plus habuit de gloria/plus habe-
bit de ignominia. Osee. iij. Gloriam eoz ignominia p̄putabo. z Esa.
iij. Erit p̄ suam odore fetoz/z p̄ zona funiculus/p̄ crispanti crine calu-
tium/p̄ fasciā pectorali alitiū. Plane tūc corpa q̄ hic fuerūt supbe or-
nata/a dño tūc nō ornabunt. Vñ Bernardus. Nunc eant/nunc ride-
ant/q̄ corpa sua pellib; murium/z stercorebus vermium informant;
qua cum dominus ad iudicandum venerit/nō reformabit nisi q̄ ab-
rectionis z humilitatis inuenerit. Unde ad Philip. iij. Saluatorem

Genum

expectamus. vbi dicit Bernardus: *Requiesce in hac spe misera caro/ q̄ p̄
pter aiā venit/ p̄pter te quoq̄ v̄turus est: q̄ reformauit illam/ tui q̄
q̄ non obliuiscet. Saluatore expectamus q̄ reformabit corpus hūili
tatis nostre. Est hic notabilis et pulchra q̄stio/ que sit mater fatuorum
huius turbe: q̄ et moueri possit circa quamlibet turbā: p̄sertim p̄ncipa
lem/ siue capitalē. Rūdeo breuiter/ q̄ vana gl̄a est mater eorū/ et eos pe
perit: et quotidie parit oēs illos fatuos: sed et plures alios alterius ge
neris/ de quib̄ posteri⁹ dicebat. Et quō parit nostros p̄ncipales fatuos: h̄
modo vt dicit b. Thom. ij. ij. q. cxxxij. ar. v. q̄ vices gerit obstetricis: Su
p̄bus et vane gl̄osus nitit̄ ostendere suā excellentiam: et h̄ attentat oib̄ mo
dis quibuscumq̄ p̄t/ v̄bo et facto/ v̄o vel ficto/ directe vel indirecte. Pri
mo attentat hoc p̄ v̄ba: et sic gignit iactantiam. Secūdo p̄ facta v̄ba ha
bētia aliquā admiratōem: et sic gignit p̄sumptōem nouitatū/ quas ho
mines solēt magis admirari: ecce nostrā turbā. Tertio p̄ facta falsa: et
sic gignit hipocrisum: et sic q̄dam directe ostētat suā excellentiā sine pu
dore/ inuercūda fronte in facie hoīm: sed nō est illo p̄tentus q̄n etiā in
directe nitat̄ eam manifestare et verecūdius. s. ostēdendo se non esse alio
minorem neq̄ intellectu neq̄ voluntate/ neq̄ locutione neq̄ facto.
Quarto igit̄ attentat suam excellentiam manifestare ostēdēdo se nō
esse alio minorem intellectu. et sic gignit pertinaciam: per quam homo
numis inuitur sue sententię/ nolens cedere sententię melioris.
Quinto ostēdendo se non esse alio minorem voluntate: et sic est di
scordia/ dum non vult a propria voluntate discedere vt alijs cōcordet.
Sexto ostēdendo se non esse alio minorem locutōe: et sic parit p̄tenti
onē/ dū aliq̄s clamose p̄tra aliū litigat. Septimo ostēdendo se nō esse
alio minore facto: et sic parit inobediētiā/ dū. s. aliq̄s nō vult exēq̄ sup̄
oris p̄ceptum. Rogamus.*

Feria tertia post Inuocauit. vi. Martij.

S Stultoz infinitus est numerus. Eccl̄. ij. Euangelium.
Quinta turba stultoz est fatuoz senū (alt narrē) Necessē est
illos notificare nolīs certis/ q̄b̄ a sequentib̄ senib̄ discer
ni possint: q̄ppe q̄ senectus ip̄a al̄s sit signū sapie/ vñ eis de
bet̄ honor/ q̄ p̄sumunt̄ esse sapientes et honesti. Vñ dicit Le
uitici: *Coram cano capite surge. De quib̄ Thom. ij. ij. q. lxiij. ar. iij. et
Holkot in lectōe q̄dam. Reperio aut̄ nolas septē quib̄ discerni possūt
a sapientibus.*

Prima nola est: dolere de impotentia male faciendi. Sunt senes q̄
dam ita male habituati in voluptatib̄/ q̄ dolēt (vt videt̄) q̄ nō sunt
vt solebāt ad voluptatē potētes. Qui cū p̄siderant p̄teritas volupta
tes/ et q̄ eis amō vti nō p̄nt/ tristant̄ et suspirant. De quoz numero
erat fortissimus ille Milo: q̄ cū videret luctātes et dimicātes sicut: et